UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt

Nádasi, János

Romæ, 1657

Petrus Fernandius, & Ioannes Aluarez, &c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

Visual Library

Petrus Fernandius, & Ioannes Aluarez, &
mox hauſti ſunt. Didacus Ferdinandus adnauit ad nauem aliquam, & receptus eſt; vti & Sebaſtianus Lopez. Alij feſſi luctando cum aquis, *Credo* & *Miſerere* recitabant cum *Alphonſo Fernando* illicò ſubmerſo. IESV nomen implorauit *Andreas Pais*, & hauſtus eſt; ac poſt hunc *Ferdinandus Aluarez*. Eandem in aquis mortẽ oppetiêre *Petrus Diaz* & *Didacus Carualius*. Piratarum illorum anteſignanum, aiunt poſtea in oppido ſibi natali, ſecuri occiſum. Nauta præcipuus, cùm noſtros in mare abijceret, ipſe quoque delapſus, ac merſus eſt. Fides. Alphonſo contra fidem plura obiectantibus reſponden-

ti,

ti, diſertè dictum eſt: *Ob id ipſum eſt tibi moriendum.*

P. Camillus Conſtantius.

Nobilis hic, locuples, & caſtiſſimus adoleſcens, olim immiſſam ad ſe dolo conſcelerato noctu fœminam, caſto furore plenus, eiecit; & actis Christo Crucifixo gratiis, IESVM ac MARIAM, ne vnquam inquinaretur, precatus eſt. Indiâ, & Iaponiâ impetratâ potitus, præter labores Euangelicos, & exilium, plures ærumnas tolerauit. Militis perſonâ tectus in Iaponiam rediit, per omnem industriam atque pericula in animarum commoda intententus, & omnia noctu concurſans. Capitis damnatus, delirus putabatur; quòd diceret, ſe iam votorum ſuorum ſummam penitus atti-

Italus. Tabiræ. 15. Sept. 1622. ætat. 50. Soc. 30.

Caſtitas.

gis-